

79  
Sequitur conclusio. **E**rgo perfecta dei opera propter nos facta licet possint secundum quid impediri non tamen simpliciter omnino frustrari. Patet quia si operum gratia frustratur in reprobis hoc supplebitur per divinam iustitiam malum hoc penaliter reformans et turpitudine culpe reformabitur per pulchritudinem iusticie. **V**n psalmus. **V**niuersa via domini misericordia et veritas. Principaliter via est sue misericordie et bonitatis que si impedimentum quod habuerit erit ex nostra malicia que suggestione demonis in nobis efficitur sed per diuinam iustitiam reperatur. Si igitur in quibusdam diuina bonitas impeditur hoc tamen impedimentum diuina iusticia reperat et in bonum ordinem reducit. **D**ixi ergo bene quot non omnino frustratur quod fieret si ordo diuine bonitas a deo institutus quo vidit deus cuncta que fecerat et erant valde bona quot destitueretur. **S**ed hic ordo perseverat licet in quibusdam liberum arbitrium habentibus hoc bonum quo ad eos impeditur ne in seipsis participant tamen non omnino frustratur dummodo iniquitas talium iuste corrigitur et voluntaria malitia coactione pene involuntarie per diuinam iustitiam reformatur ut sic nullum bonum est irremuneratum sic nullum malum maneat impunitum. **A** quo nos punietis malo preseruet deus ut cum electis semper feciliter gaudeamus.

**E**xPLICIT determinatio **E**ximij et disertissimi doctoris sacre theologie **M**agistri Johannis de mechlinia habita in vniuersitate colonien. in scolis artistarum in quotlibet